Arbitretur aliquis se se necessarium esse Republicæ, neque sibi satis esse virum, quibus adimpleat Jesu Christi legem, simulque professionis suæ satisfaciat muneribus; Matrona quædam propter nobilitatem suam censet, se magis indigere consiliis Hyppocratis, quam Galatoribus Evangelii institutis; uterque audacter ad Confessarios, & Pastores accedent gratiam perituri, qui vehementer dubito utrum Deus sit subscripturus. Ecclesia profecto, quæ pia mater est, & de filiorum suorum interiori parte non judicat, petam facultatem concedit; at quis respondebit mihi, utrum Deus, qui renes scrutatur, & corda, eadem usuras sit indulgentia? Utrum quod tamquam mera habetur necessitas, ab illo tamquam noxia mollietate reproberetur? Utrum, quod Ministri ipsius æqui, bonique fecerint; ab illo tamquam inanes, futileque causæ damnetur? Heu! Quam tempo- ne ubi accedente mortis articulo, de hac re interrogabimur, nosmet spe nostra frustratos inveniamus, & Deus tot reproborum animabus diciturus sit: *Qua temeritate legem meam persequistis, ac vobis licere voluistis Quadragesimalem abstinentiam violare? De Jejunii austeritate vestra audiat querentia; verum illud ne institui, ut nihil inde incommodum perciperetur? Nesciebatine, illos tantum, qui vim sibi facerent, in Calum esse ingressuros, & ad expianda tot, quot patratiss facinora, & amaro opus fuisse pharmaco, prolis, austerisque satisfactionibus? Quis dixerat vobis, vos per assertam vestram hanc nobilitatem ab officiis vestris dispensari? Et quod non deerant vobis opes, & auctoritas, eas esse minus esse Christianis, minusque Ecclesie subiectos? Propter honores vestros, atque pecunias posse vobis comparare jus me ledendi? me, coram quo omnes terrenæ potestates non sunt nisi vapor exiguus,*

Arbitretur aliquis se se necessarium esse Republicæ, neque sibi satis esse virum, quibus adimpleat Jesu Christi legem, simulque professionis suæ satisfaciat muneribus; Matrona quædam propter nobilitatem suam censet, se magis indigere consiliis Hyppocratis, quam Galatoribus Evangelii institutis; uterque audacter ad Confessarios, & Pastores accedent gratiam perituri, qui vehementer dubito utrum Deus sit subscripturus. Ecclesia profecto, quæ pia mater est, & de filiorum suorum interiori parte non judicat, petam facultatem concedit; at quis respondebit mihi, utrum Deus, qui renes scrutatur, & corda, eadem usuras sit indulgentia? Utrum quod tamquam mera habetur necessitas, ab illo tamquam noxia mollietate reproberetur? Utrum, quod Ministri ipsius æqui, bonique fecerint; ab illo tamquam inanes, futileque causæ damnetur? Heu! Quam tempo- ne ubi accedente mortis articulo, de hac re interrogabimur, nosmet spe nostra frustratos inveniamus, & Deus tot reproborum animabus diciturus sit: *Qua temeritate legem meam persequistis, ac vobis licere voluistis Quadragesimalem abstinentiam violare? De Jejunii austeritate vestra audiat querentia; verum illud ne institui, ut nihil inde incommodum perciperetur? Nesciebatine, illos tantum, qui vim sibi facerent, in Calum esse ingressuros, & ad expianda tot, quot patratiss facinora, & amaro opus fuisse pharmaco, prolis, austerisque satisfactionibus? Quis dixerat vobis, vos per assertam vestram hanc nobilitatem ab officiis vestris dispensari? Et quod non deerant vobis opes, & auctoritas, eas esse minus esse Christianis, minusque Ecclesie subiectos? Propter honores vestros, atque pecunias posse vobis comparare jus me ledendi? me, coram quo omnes terrenæ potestates non sunt nisi vapor exiguus,*

Arbitretur aliquis se se necessarium esse Republicæ, neque sibi satis esse virum, quibus adimpleat Jesu Christi legem, simulque professionis suæ satisfaciat muneribus; Matrona quædam propter nobilitatem suam censet, se magis indigere consiliis Hyppocratis, quam Galatoribus Evangelii institutis; uterque audacter ad Confessarios, & Pastores accedent gratiam perituri, qui vehementer dubito utrum Deus sit subscripturus. Ecclesia profecto, quæ pia mater est, & de filiorum suorum interiori parte non judicat, petam facultatem concedit; at quis respondebit mihi, utrum Deus, qui renes scrutatur, & corda, eadem usuras sit indulgentia? Utrum quod tamquam mera habetur necessitas, ab illo tamquam noxia mollietate reproberetur? Utrum, quod Ministri ipsius æqui, bonique fecerint; ab illo tamquam inanes, futileque

qui evanescit, flos qui eodem fere tempore, quo crescit, exciditur? Quem jejunare volebatis, quandoquidem vosmet a Jejunio immunes esse contendebatis? Si credebatis vobis profuturam causam; vos familiæ vestræ necessarios esse; quis non eandem excusationem adhibere potuisset? Et hoc postea, quid fieret de lege mea, et quæ ad quid redigeretur? Quoties vobis dictum est istum esse necessarium, & qui animam vobis salvare voluerit, opus esse, ut perdat illam? Quoties vultis admoniti, ne asertis necessitatibus vestris auri præberetis, in quibus omnia periclitantur molliori, & inordinatæ sunt philantia? Quot hostis, qui cum nocte fuerint graciliorem corporis constitutionem, ac minus firmam valetudinem, sed majorem fidelitatem, ac Religionem, plures jejunarunt quadragesimas, & pluribus sese mortificationibus exercuerunt, quorum testes fuistis, & admiratores? Saltem vires vestras experiri debebatis, & videre, utrum quod faciebant fideles illi in carne infirma, vos in robusto corpore facere possentis; vos inquam, qui legi eadem subditi eratis; qui eorumdem Sacramentorum eratis participes, qui idem verbum Dei audiebatis, & qui eundem Iudicem præfclabamini? Si ad captandam Principis alicujus gratiam, vel ad momenti aliquis negotium procurandum, aliquantisper tibi jejunandum fuisset, ut usque ut vires tibi decederent, nonne id libenter, & æquo animo sustulisset? Ego vero, cujus amicitia ceteris quibuscunque rebus tibi erat præferenda, ego, qui non petebam abs te nisi abstinentiam, & mortificationem tantum, quantum pati poteris, quin graviter tui officeret valetudini, per plures quadragesimas vix unicum diei Jejunium obtinui. *Sermo Monasterii, Tomo 2.*

Quod si sanctus Paulus castigat corpus suum, ne rebellans contra spiritum causa fieret suæ reprobationis; heu! quid vobis memendum non est, qui tantum abest, ut illud sublegetis, & redigatis in servitium, pro quo factum est, ut subditi fueritis spiritui, ut illud mollior excipiat, & omnem curam vestram impendat, ut illius genio indulgeris, eique omnia commoda procuretis? Quid inde vobis expectandum est, nisi jugem rebellionem contra rationem, & quæ vos in omne flagitiorum, & libidinum genus precipitat? Si Medico obsequeris dixeris, quæ laboras, negabis idem remedium malo tuo Cælo vehementiori? *Febris nostra libro de off. sanctus Ambrosius inquit.* Febris nostra est ardor hic, & hæc violenta propensio, quæ te in voluptatibus urget; hic mortalis est morbus, nec potes ambigere, & ratio ipsa te docet, Jejunium esse tibi præsens remedium. Heu! noscende, velle te curari vere, dicens illa Salvatoris verba: *Arma plus est quam scilicet.* (Matth. 6.) opus est, ut alteram abstinentiam, ut alterius fecerit prospicias; & quamvis adhuc in lege Natura viveremus, hæc satis esset, ut nos detererret ab imitatione primorum Parentum, qui ut suo indulgerent appetitui violenter præceptum Domini ex verito facta comederunt, quæ animadvertent, quot lacrimis, & grumis statua illis esset hæc inordinata voluptas, & ut perhorrescerent factum Esau infelicis, qui pro lentum edulio sua vendidit privilegia cum bonis omnibus, quæ illi inhærebant. *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Quin illi malis immoeretur, quæ quæda parit, consideremus potius Jejunium non generatum, sed peculiariter tantum temporis adnexum, & circumstantias prædicat Jejunium quadragesimale, & dico secundo loco, hoc esse de præcepto, & de necessitate, quæ est de jure positivo, & quæ innititur legitime auctoritati; & quæ non est mortalium inventum, ut hæretici prædicant, seu, ut sanctus Ambrosius tenet, præceptum divinum est: *non humana cogitatione inventum, sed divina Majestatis præceptum.* (Epist. 86. ad Cassianum.) Et constat ratio, quia Filius Dei dedit Ecclesiæ suæ potestatem determinandi tempus, & circumstantias præcepti, quod irrogavit de Jejunio in Evangelio; quod sanctus Augustinus peripicue explicat in quadam Epistola, ubi ait, præceptum hoc esse partim divinæ Institutionis, & partim Ecclesiæ. Divinæ quidem Institutionis est, quod Deus in veteri, novæque lege sapie præceptum hoc instituit: *Ego in Evangelio, & Apostolicis litteris, utoque instrumentis, quod appellatur Testamentum novum, video præceptum esse jejunium;* Canonica vero, & Ecclesiastica, quia Ecclesia hos dies elegit quadragesima pro publico, sollempni, quæ Jejunio: Itaque alio quovis tempore jejunare medium est ad iram Dei mulcendam, & satisfaciendum pro criminibus nostris; sed non jejunare quadragesimæ tempore, est iram hæc sibi promereri tot peccatis, quotiescumque hoc præceptum infringimus: *Alit diebus jejunare, idem sanctus addit, verendum est, in quadragesima non jejunare, peccatum est.* Jejunium ergo quatenus illud nobis præcipit Deus, illud est, quod de jure divino in hoc præcepto inventus est tempus vero, modus, aliaque hujus Jejunii circumstantia, hæc sunt de jure Ecclesiastico, ceterum cum Dei Filius hæc reliquit Ecclesiæ suæ potestatem determinandi tempus, & circumstantias, ut vera dicamus, dicendum est, Jejunium hoc esse præceptum, quod post Institutionem nobis irrogavit; præter præter, ut videmus Salvatore post Institutionem Baptismi, aliorumque Sacramentorum in iis, quæ pertinent ad essentiam, reliquit Ecclesiæ curam præcipiendi

Exemplum S. Pauli etc. de re de- bet, ut qui se a Jejunio differant, continentem seant.

Jejunium Quadragesimæ est de præcepto.

peculiares circumstantias, quæ substantiam non mutant. Jejunium ejusdem nature est; in nova lege non fecit ac in veteri præceptum est tantum remedium nobis necessarium; & Evangelium aperire sufficit, ut de hæc nobis veritate; sed quærendum semper esset, quando, & quomodo, & usquequo præceptum hoc extendatur; opus est, ut hoc peculiariter ab Ecclesiâ significetur. *Idem.*

Jejunii servandi ratio pro secularium, ac temporum varietate mutata fuit; aliis quidem temporibus Ecclesiæ fuit austerior, aliis vero indulgentior, & praxim pro casuum varietate, & qualis modo est, talem ipsa probavit Ecclesiâ. Sed quamvis Hæreticis concederemus, Ecclesiâ tantum hoc irrogasse præceptum, quamvis illa stans tantummodo temporibus affixerit, atque determinaverit, Dei Filius nonne omnes Christianos Ecclesiæ subiecit? *Qui Ecclesiâ non audivit, si sibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* (Matth. 18.) Hanc agendi rationem Epicureis condonarem; sed iis, quorum mens est Ecclesiæ membra, videlicet illam sanctiorem efficere, nonne hoc est palam in reprobum sensum incidisse? Sed me miserum! Hæretici nequam soli ne sunt Jejunii quadragesimalis obores, & inimici? Dissoluti partes eorum communiunt; & profecto mirari non oportet, si mortales, quorum Deus venter est, ut Apostoli verbis utar, tanto ardore causam suam tuerent, & insurgunt contra Jejunium, tanquam hostem infestissimum; & sicuti licentia ubique nanciscitur suffragatoribus suos, passim occurrunt id hominum genus, qui per desiones suas aque fatuas, ac impias, & ridiculas quæstiones sese eorum numero proficiunt, quos sanctus Paulus Crucis Jesu Christi Christianique mortificationis inimicos appellat, quorum calamitatem non nisi fumo cum dolore, fustissique lacrimarum imbre oculis cogitare non potest. *Nunc autem, & sensu dico, inimici Crucis Christi quomodo sunt interit, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.* (ad Philipp. 3.) *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Cui bono, inquit hæretici, hæc Jejunii institutio? Et quid anima prodeit hæc corporis mortificatio? Nanquid Deus nobis dedit carnes, ut ab earum usu abstineremus? Et forsitan, quo macilentiores sunt, sunt etiam sanctiores, & Deo acceptiores? Video equidem, Auditores, sicuti hæc Religionis officia, ita & ejusdem placita, nunquam fixerunt crucem his hominibus in omnem licentiam effusis, qui omnia illius ignorant principia, & qui omnes curas, cogitationesque suas collocant in corporum suorum voluptatibus, ita eos nunquam intellexit magnum illud subsidium, quod anima ex Jejunio potest percipere; illis igitur respondebo, sicuti naturale præceptum jubet nos ut jejunio, tanquam antidoto quodam contra peccatum, ita Ecclesiâ illud nobis præscribere tanquam præceptum ad illius expiationem; quoniam inter actiones poenitentia Jejunium semper primam locum obtinet. Ratio est, quia pro corpore, & per corpus pleraque committuntur peccata; & animam plerumque illis non assentitur nisi ut corpori pareat. Hoc rationem fallit, hoc mentem excecatur, & animam confortem efficit delictorum suorum, efficiens, ut hæc ab illa probentur; legitur si poenitentia rationem habere debet cum peccato; & si hic ordo est casualiumque justitiae, optime instituta, ut qui nocentior est, graviore poena puniatur; ideo poenitentia nomine plerumque intelligitur, austeritas, quæ in corpus exercetur. Sed omnes inter austeritates, illa, quæ magis subigit corpus, proculdubio Jejunium est, non solum, quia, ut dictum est, sese omnibus membris communit, illa infirmo, sed etiam quia cum privet nos innoxia, & naturali voluptate, quæ in usu alimentorum invenitur, poena majorem habet rationem cum peccato, quod vulgo per voluptatem committitur. *Idem Auctor.*

Dicere possumus, quicumque inimicus est Jejunii, consequenter inimicus esse poenitentia, quæ destruit peccatum, & quæ hujus remedium est. Cum ergo sanctum hoc Quadragesimæ tempus peculiariter consecratum sit poenitentia, secundum mentem Ecclesiæ, quæ illud instituit ad plorandam mortem Salvatoris, meliusque disponendos Fideles Paschali Communioni velle sine legitima causa dispensari, hoc est dispensari velle a Dei satisfactione post peccatum. Tandem enim Jejunium est veluti species aliqua publicæ poenitentia, per quam omnes Christiani in unum corpus colligantur ad hęcendam Dei misericordiam; hæc est generalis purgatio totius Corporis Ecclesiæ compositi ex omnibus fidelibus; verbo, hoc tempus est, quod ipsa elegit ad sedandam per sollempne jejunium, & diuturnam abstinentiam iram Dei, quam alio quovis tempore nimium irritamus. Ita sententur sancti Patres ab ipso Ecclesiæ primordio; sicuti ideo hæc diei requirit recessus institutio, quemadmodum contendunt Hæretici, qui sub hoc colore illam rejiciunt tanquam novum jugum, quod nullo jure fuerit Christianis impositum. Crimen iniquis iniquitas efficit, ut tertio loco dicam, quamvis hæc obligatio non esset de jure divino, neque Ecclesiastica, tamen secularium omnium successione, locorum omnium consuetudinem, & omnium particularium Ecclesiarum, quæ post institutum Religionem existerant, veram legem efficere, & rationem fati validam esse ad constituendam obligationem hæc, cui omnes omnium temporum Christiani ultro, ac libenter se

Ratio hanc vult Jejunium esse institutum est, verum etiam Apostolica.

Hæretici Jejunium institutum esse irridunt.

Quadragesimæ tempus est poenitentia, & qui Jejunii inimicus est, poenitentia.

Jejunium non Ecclesiastica tantum Institutionis est, verum etiam Apostolica.

Quid faciendum est, si Jejunium servetur Jejunium.

Abusus, qui committitur, ut ab iis in Jejunio qui se illud servare proferunt.

Præterea qui afferunt, ut alius se a Jejunio dispenset.

se subjecerunt; es usque ut sanctus Hieronymus, & sanctus Augustinus cum illius principium invenire nequiverint, argumetati sunt, eam sapientem ipsi Ecclesiæ fuisse; ejusque originem Apostolis agendum referendam esse, qui illum Filii Dei iusta instituerant. *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Theologi omnes uno ore fatentur, Jejunium non esse tantum de Ecclesiastica institutione, verum etiam Apostolicam, quod in sensu quodam aliquid majus significat. Quandoquidem institutum fuit Ecclesiæ, sed primorum Ecclesiæ fundatorum auctoritate, quorum videlicet auctoritas magis immediate profecta est a Salvatore, & quæ ostendit, hoc non esse præceptum simplex, simplicemque devotionis praxim, sed legem fundamentalem ejusdem antiquitatis quam facta Ecclesiæ; præceptum ab illis latum, qui primi extiterunt Ministri Evangelicæ; praxim, cui sola vetulas legis vim deberet conferre, nisi aliud præceptum extitisset; quod sanctus Hieronymus dicere non dubitavit ante hanc diem sæculo decimo tertio: *Uiam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, capto nobis tempore jejunamus.* Veritas Concilia, quæ sunt Nicænum, quartum Punicum, & Laodicenum de hoc Jejunio tanquam institutione quovis tempore recepta loquuntur, atque ut id repetamus ex ipso originis fonte, Tertullianus sæculo secundo hæc in re adeo severus erat, ut incidit in Errorum Montani, & scripturæ adversus Ecclesiâ, ut illam tres observare cogeret Quadragesimas, & ab eo dicitur modum, quo tunc temporis servabatur, sanctus Marcy Ignatius, qui Apostolorum ævo vivebat, non solum de hoc verba facit, verum etiam rationem addit hujus institutionis: *Quadragesimam nolite pro nihilo ducere, continet enim imitationem dominice corporis passionis.* (S. Ignatius Epist. ad Phil.) ac tandem non desunt Canonones ipsorum Apostolorum relati a sancto Clemente, qui palam illam præcipiunt. *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Primum quod faciendum est, ut muneri satisfiat Jejunandi, simulque Jejunium hoc sanctificandi, est serio affectu spiritum poenitentia; ad id est institutum est, & in hoc spiritu illud primi fideles servabant, qui non solum semel in die manducabant, idque sub vesperam; sed etiam qui solis erant orobibus, & leguminibus contenti, adeo scrupulosa, vel religiosa potius observantia, ut qui cum hoc rigore ob cogitant, perceptamque infirmitatem illud observare non poterant, non audent pedem efferre domo, neque in publicum prodire, perinde ac semetipos excommunicarent, vel indignos existimarent qui cum ceteris conversarentur, quorum abstinentiam imitari non poterant; vel potius perinde ac reformedissent se scandalum asserere fratris sui Jejunium minime servantes prosperè incommoda, quæ minime prohibebant illos negotia sua procurare; Sed hæc quam ratio hujusmodi scrupuli inveniantur? Quandoquidem tanta cum facilitate, & tam modica ex causa nobiscum dispensaremus. *Idem.*

Non loquor hoc loco de hominibus æquo licentioribus, qui violenter impune Jejunium ventis utentes epulas; de Pissidibus loquor, quibus satis est reliquum conscientia, ne illud cum impietate polluant; sed qui non servant modum in quantitate; quorum nocturnæ cenæ aliis essent convivia; ita ut amota poena quæ sita est in fame perferenda, non amplius Jejunium sit, neque abstinentia, sed epularum mutatio, quæ aliquando potius gulam irritant quam coequant; quoniam luxuriam apparet in eorum mensa sumptuosius, majoribusque cum deliciis, quam alio quolibet tempore. De hoc in sermone quodam sanctus Augustinus conquiretur; sunt quidam, ait, qui a carnibus abstinent, sed ita tamen, ut delicatioribus, ac sumptuosioribus epulis inquirant, quibus ars sapiorem, magisque exquisitum gustum imperit. Sed quot; heu! falluntur, addit, si se præcepto ab Ecclesiâ instituto satisfacere opinantur? Hoc non est abstinentiam exercere, sed quædam materiam mutare; *Non est hoc suscipere abstinentiam, sed mutare luxuriam.* (In sermone Domini, 4. in Adv.) Saltem ex his epularum deliciis inferendum est; quod cum abhorrent ab hoc poenitentia spiritu; periculum est, ne in Jejunii suis peccata committant, quæ ipsa quoque sint expanda per alia Jejunia veriora, ac rigidiora. Ad errorem hæc de ignavorum fidelium mentibus auterendum, satis esset illud medicorum placitum, athenarum hominum intemperantiam ut plurimum causam esse morborum, & abstinentiam, atque diætam plerumque sensu sententiam eorum esse remedia; quorum sententia per Ecclesiæ sententiam comprobatur dicentis; *Jejunium animabus, corporibusque curandis saluberrimum institutum esse.* *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Non desunt Christiani, qui sibi pro modico conscientiam concinnant, ubi agitur de Jejunio; & quia Ecclesiæ, quæ ipsa mater est, nunquam vult cogere filios suos in morbis eorum, vel ubi de illorum valetudine sermo est, hoc sufficit, ut illi esse dispensebunt ob levissimum quamlibet morbi suspicionem. Aliquis sese immunes putabit propter somniarentiam; alius quæ se putat solito graciliorem; hic delicatulum corporis constitutionem causatur, ille negotia sua; quasi ad hoc, ut aliquis jejunare teneatur, otari debeat, teriarique. Hi totidem sunt prætextus, quos philantia ex-

cogitavit ad hominum ignaviam tegendam. Quot vero sunt, qui levia prætextum incommoda, quæ carari potius Jejunio, quam augeri valerent? Non desunt etiam, qui ex ipso conscientia prætextu locum nanciscuntur Quadragesimam violandi; putant enim se illam observare non posse, quia officium suæ valetudini; ideoque illam observare perinde esse, ac fieri sui ipsius parricidam. Mirum est! videre quibus veritatibus amor proprius hæc in re os nobis vult subintrare fatigat. *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Sunt qui se a Jejunio immunes arbitrantur, ubi medium nacti sunt obtinendi ab hominibus dispensationem, & cum Pastoribus suis obsequium hoc præstiterint; sed vehementer errant; quamvis enim inficias ire non liceat, quadragesimam institui esse Ecclesiasticam eo in sensu, quem explicamus; eadem Ecclesiæ, quæ Christianos cogit ob causas adeo justas, illos dispensare nequit nisi ob causas æque legitimas; tamen dispensatio hæc veram tempus causam supponit, vel saltem rationabilem dubitandi causam, utram adde necessitas; & nisi bona fide agatur, dupliciter peccatur, & quia præceptum frangitur, & quia nocens auctoritate Ecclesiæ, ut illud frangat impune, quod vero facit, ut totis artibus contremiscam, illud est, quod hujusmodi personæ mox ad Paschalem accedunt communionem, sacrilegium patrant, quin sese ad illam disponant per Quadragesimam Jejunium, vel cogitant se pro confessionem hujus inveniatis fecisse, non tamen sine consilio faciendi hoc ipsum Quadragesimam proxime sequenti. Denique dicere possumus, Ecclesiæ non fecisse præceptum magis authenticum, saluberrimum, & univèrse acceptius, ac sollempniter probatum, neque religiosius primis sæculis observatum; sed quod hodierna die violatur impunitus, minori cum timore, ac reverentia, & ubi plures afferuntur prætextus ad dispensationes recipiendas; quia non advertitur poenitentia causa esse Jejunandum; & quantum præcautionis, ac lenimenti adhibetur, tantum abscondi de satisfactione, quæ pro criminibus perpetratis est adhibenda. Sed rursus hic prætextum, ac difficultatum numerus, quæ in hoc inveniuntur argumento, stuporem incipit? Veritas, licet constantissimum, ex quo studis nostris advertatur, semper sexcentas invenit causas, quibus impugnetur; ut sanctus Augustinus inquit. *Conatus caro, & sanguis vera depravare, aperta claudere, serena obnubilare.* (L. de Spir. ad Liter.) *Idem.*

Neque satis est auditores Jejunium sedulo, ac cum virtute, re ex poenitentia causa observare; nisi secundo loco rigorose accesserint, quæ illud concomitari debent, oratio, & elemosyna. Hæc quippe duæ sunt qualitates, quæ postulat Scriptura. *Bona est oratio cum Jejunio, & elemosyna.* (Tab. 22.) Quod si verum est de Jejunio generatim, multo verius est in Quadragesima, quæ tempus est dicatum orationi, & exercitiis pietatis non secus ac Jejunio; alterum enim effectus est, & consequens alterius. Jejunium atrocitatem in Deum, quemadmodum canit Ecclesiæ: *Qui corporis Jejunio vitia comprimunt, mentem elevat, & hæc elevatio, vel est oratio ipsa, vel est oratio orationem dispositio.* Diceret faciem hæc magis confectam, & carum abstinentia viventem asserere animæ quandam oris habitum, & non communem vigorem, & tunc cum corpus partem vitium suarum amittit, illas ad animam transire, quæ facilius fertur in Cælum, & aptior evadit ad meditando Cælestia. *Auctor Sermo in omnia argumenta.*

Ecclesiæ alimoniam corpori subtrahentis mens est, nutrire animam, quæ plerumque reliquo anni tempore jejunat. Hinc fit, ut qui per sacrum hoc tempus, quin orationi vacent, Dei verbum audiant, Sacramenta frequentent, pergant suis indulgere solatiis, longe fiat, quam existimant, nocentiores. Etiam licet dici nequeat Quadragesimæ præceptum infringere eo in sensu, in quo passim intelligitur, nisi accesserit intemperantia; dici tamen potest, ab illis alia ratione violari, pollendo tempus adeo sanctum, destruendo finem institutionis ejusdem, omnemque fructum amittendo. *Idem.*

Ut igitur eo modo jejunemus, quæ jejunandum est, jejunium nobis sanctificandum; *sanctificate Jejunium;* & si quaeritis quomodo? Dicam vobis, relinquendam adeo profanorum librorum lecturam; abstinendam esse visitationes, & conversationes non solum nimium liberas, & periculo proximas, hoc enim quovis tempore præstare teneatur, sed præterea inutiles, ac supervacuaneas, ut vitissimè noscitur, ac pauperes verecundos, atque, ut vacet vobis diuturnum temporis partem pietatis exercitiis impendere. Et mihi videtur nullus esse verus Christianus, qui cum hoc tempore sollicitus sit, ut indulget solatiis, quibus solet aliis anni temporibus indulgere, illud ipsum respondere non debeat, quod miser Urias reddidit David regi, qui illum ab exercitiis revocaverat ob eam causam, quam nemo unus ignorat: *Arca Dei, & Israel, & Juda habitant in pappilionibus, & dominus meus Joab, & servi Domini mei super faciem terra manent, & ego ingrediar domum meam, ut comedam, & per saltem tuam, & per saltem anima tua non faciam rem hanc.* Heu! donec Arca sanctæ humanitatis Salvatoris nostri Crucem ascendit, donec Ecclesiæ universa squallet, ac sese disponit ad hęcendam Dei iram precibus, aliaque poenitentia exercitiis, id unum cogitavit, quomodo oblectationibus, atque solatiis animam appellamus, nonne hoc est oblivisci, & quod ipsi

Industria eorum, qui suos saltem Pastores ut a Jejunio dispensentur.

Virtutes, quæ cum Jejunio esse debent conjunctæ.

Quæ sit mens Ecclesiæ Christianos Jejunare præcipiens.

Quomodo Jejunium sanctificandum sit, ut Deo esse possit acceptum.

